Ex quibus infertur, ꝙ in terminis noſtris legatũ vſuſ-
fructus factum vxori non poteſt dici reſolutum ex eo
quod conditio reſolutiua euenerit, quoniam cum
nunquàm vxori fuerit acquiſitum, non potuit reſol-
ui, quia priuatio præſupponit habitum vt in §. j. Inſti.
de libertin. cum ſimilibus. Verum autem eſt, ꝙ vxori
nunquam vſusfructus fuit acquiſitus propterea quia
conditio ſuſpenſiua primo loco expreſſa nnnquã fuit
adimpleta nec viuente vxore verè potuit adimpleri,
quia fuit poteſtatiua negatiua, quæ, vt dixi, verè adim
pleri non potuit, niſi mediante cautione mutiana vel
accepto ferendo, vt d. l. mutianæ, & d. l. mulier, cum
ſimil. ſupra allega. ſed ipſa domina non præſtit cautio
nem mutianam de non petendo, nec obtulit illam
velle præſtare, & minus dotem accepto tulit iuxta ea
quæ habentur in dictis iuribus, ergo verum eſt dice-
re, quod vſusfructus ipſi vxori nunquam fuerit acqui-
ſitus, ſed ſemper remanſerit conſolidatus cum pro-
prietate, & ſic penes hæredem, d. l. vnica. §. ſin autem
ſub cõditione. C. de cad. toll. Quare fruſtra quærimus,
an ipſa domina alienando creditum, quod erat ſuper
monte pro reſtitutione ſuarum dotium deſtinatum,
dicatur priuata, ſeu debuerit priuari vſufructu, cum
ille ſibi nunquam fuerit acquiſitus: Sed quærendum
22 eſt, † an ipſa cogi poſſit, & teneatur bona, & fructus,
quæ, & quos de facto percepit, & retinuit, hæredi, ſeu
ſubſtitutus reſtituere, & concludendum eſt, quod ſic
per tex. in d. l. mutianæ, & in d. l. mulier, & in d. l. cum fi
lius. §. qui mutianam, & d. l. heres meus §. qui poſt, iun
cto d. §. ſin autem ſub conditione, nam ipſi imputan-
dum eſt, cur non adimpleuerit conditionem ſuſpen-
ſiuam negatiuam eo modo, quo adimplere potuit ad
effectum, vt vſumfructum ſibi relictũ cõſequi poſſet.
¶ Præterea ſi benè cõſideretur, ipſa dña Magdalena,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ante quàm haberet conſenſum filij, & hæredis de alie
nando creditum prædictum, fecerat mandatum do-
mino Hieronymo de Gondis ad alienandum &c. ꝑ
quod ipſa ante cõſenſum filij videtur ſaltem quodã-
modo extraiudicialiter petijſſe, & ſic ſumus ſub di-
ſtinctione Pau. de Caſt. in d.l.amplius. ¶ Prędicta con
firmãtur etiam ex ijs, quę in reſolutione argumento-
rũ infrà dicent. ¶ Sequendo itaq; hanc ſnĩam, quam
de iure veriorem eſſe arbitror, ſuprà allegatis pro par
te ꝯria facilè reſponderi põt; Et in primis non obſtat,
ꝙ in conditionibus primum locum obtinet volun-
tas teſtatoris, ſed de voluntate teſtatoris fuit, ꝙ vxor
omninò teneretur ſatisfacere creditoribus hæredita
rijs, ergo non refert, dę quibus bonis, an dę hr̃ditarijs,
an vero de dotalibus, vel pro dote affectis, & ſpeciali-
ter obligatis, quia non refert, quid ex ęquipollentibus
fiat l.mulier ff. de cõdi. & demon. l.ſi mater C. de inſti-
tutio. & ſubſtitutio. ſub cond. fact. cum ſimil. Quia pri
23 mo reſpondetur, † quòd prędicta procederent, quan-
do teſtator mandaſſet ſimpliciter vxori, quòd debita
teſtatoris ſoluere deberet, ſed in caſu occurrenti mã-
dauit, vt de bonis dicti teſtatoris ſolueret, ergo mens
ſua non fuit, quòd ſoluerentur de bonis vxoris dota-
libus, & quæ erant vxori affecta pro reſtitutione dotis
qualia erant illę pecuniæ, quæ ſuper dicto monte re-
periebantur, nam incluſio vnius eſt alterius excluſio,
Bal. & Alex. in l.prima. C. de diuer. reſcript. Prætereà
cum teſtator prohibuerit vxori dotes ſuas repetere,
& ſtatim mandauerit illi, quòd de bonis ſuis hæredi-
tarijs debita ſoluere deberet, conſtat ipſum expreſsè
voluiſſe non debere ſolui de bonis, & pecunijs dota-
libus vxoris, alioquin videretur ſe incontinenti cor-
rexiſſe, quod non eſt dicendum. l.non ad ea. ff. de cõd.
& demonſtratio. ¶ Nec obſtat ſecundum motiuum,
quòd proprie dicitur peti, quod iudicialiter, & litem
24 conteſtando petitur, ergo &c. Nam reſpondetur, † ꝙ
licet impropriè diceretur peti, quod extraiudicialiter
exigeretur, ſeu quando à ſponte dante reciperetur, ta-
men illud etiam ſufficeret ad faciendum quem in pœ
nam incurrere in caſu, quo aliquid extraiudicialiter
peteretur, vt eſt caſus in d.l.amplius non peti, & doct.
ibi maximè in terminis noſtrę quęſtionis iſtud admit
tunt, vt ex dictis ſuprà colligitur. ¶ Nec refragatur, ꝙ
Pau. de Caſtro in d.l.amplius, & in d.conſi.225. in ter-
minis noſtræ quæſtionis tenuerit vxorem non cade-
re ab vſufructu legato, recipiendo dotem ſuam ab hę
rede ſoluente ſpontè, quando nulla petitio ſaltẽ ex-
traiudicialis vxoris præceſſiſſet; quoniam quicquid
ipſe dixerit, contrarium tenuerunt Bartol. Angel. &
Alexand. in d.l.amplius non peti, quorum opinio ve-
rior videtur per prædicta. Prætereà dato, ſed non con-
ceſſo, quod diſtinctio Pauli vera eſſet, dico, quòd ali-
qualis petitio, & inſtantia vxoris præceſſit, vt dictum
fuit. Tertio reſpondeo, ꝙ licet verum eſſet, quod ta-
men negatur, quòd ipſa vxor non dicatur ab vſufru-
ctu cecidiſſe ratione petitionis, propterea quia nõ ap
pareat de illius petitione, ſeu propter voluntatem, &
conſenſum Petri Antonij filij, tamen ab vſufructu di
citur cecidiſſe, ſeu ab illo conſtat excluſam eſſe ex eo
quia ipſa nõ adimpleuit conditionem ſuſpenſiuam,
ſub qua fuerat ei vſusfructus relictus, eo modo, quo
illam de iure adimplere potuit, cauendo, ſeu offeren-
do ſe hr̃di velle cauere aut accepto ferre. d.l.mulier,
d.l.mutianæ cum ſim. ſupra allegatis. ¶ Non aduerſa-
tur tertium principale, quia dico, ꝙ legatum vſusfru-
ctus nedum factum fuit ſub illa cõditione reſolutiua,
donec non petierit, ſed etiam ſub illa cõditione priùs
expreſſa, videlicet ipſa domina Magdalena dotes ſuas
non repetente, quæ dicitur ſuſpenſiua legati, & quæ
ante omnia ad effectũ, vt poſſet dicta domina vſum-

fructum acquirere, & conſequi, neceſſe fuit ex [illegible]
te, teſtatoris, qui illam appoſuit, vt purificaret, & ad[illegible]
pleret eo modo, quo in vita honorati adimple[illegible]
tuit, pręſtando cautionem mutianam, ſeu accep[illegible]
rendo, vt in d.l.mutianæ in prin. & in §.primo & [illegible]
l.mulier cum ſimilib. Quod cum factum non fu[illegible]
fruſtra quærimus, an exigendo dictum creditum [illegible]
domina dicatur priuata illo vſufructu, necne, cu[illegible]
fructus nunquàm illi fuerit acquiſitus, ex quo con[illegible]
tionem ſuſpenſiuam legato adiectam non ad[illegible]
uit, & conſequenter de iure remanſit ſemper [illegible]
lidatus cum proprietate bonorũ hæredis in[illegible]
ſucceſſiuè ipſorum ſubſtitutorũ, vt latiùs ſup[illegible]
fuit. Secundo reſpondeo, ꝙ mens, & volunta[illegible]
ris fuit, quod à dicta domina vxore debita hæ[illegible]
ria ſolui deberent, non de bonis dotalibus, ſed [illegible]
bonis teſtatoris; vt habetur in teſtamento, [illegible]
motiuum iſtud tertium retorqueri poteſt. [illegible]
ſpondeo, ꝙ etiam de voluntate, & conſe[illegible]
ipſa vxor non potuit, nec dębuit exigere, [illegible]
dictum creditum dotalę pro ſatisfactione [illegible]
hæreditatis, quoniam teſtator voluit aliter [illegible]
tisfieri, & dę alijs bonis, igitur vxor contraueniendo
diſpoſitioni, & conditioni adiectæ à teſtatore etiam
de voluntate hęredis facta fuit indigna legato vſusfru
ctus, vt per Bartolum, Angelum, & Alexand. in dicta
l.amplius non peti cum alijs. Quartò hæres, qui adhi-
buit voluntatem ſuam matri ſuæ in exigendo dicto
creditum, non potuit præiudicare ſubſtitutis fideicõ
miſſarijs, qui ex redditibus dicti crediti poſt mortem
primi hæredis commodum erat conſequuturi, [illegible]
25 te vſufructu dictæ dominæ; quia † licet hæres iudicia
liter ſine dolo, & fraude procedẽdo poſſet ſubſti[illegible]
præiudicare, extraiudicialiter tamen contrahen[illegible]
cus, vt colligitur ex ijs, quæ voluit Alexand. poſt [illegible]
in l.ſæpę quaſi circa principium. ff. de re iudicat. [illegible]
refragatur id, quod volunt Bald. in d.l.1. C. [illegible]
Ang. in d.l.amplius non peti; quia dico Bal. [illegible]
loquutum fuiſſe, & contrarium voluit Bar. in d.l.
amplius non peti, quem ibi ſequitur Alexan. [illegible]
ſententia verior eſt, vt ſupra demonſtraui. ¶ [illegible]
verum, quòd Angelus contrarium voluerit, [illegible]
preſsè voluit idem, quod Bar. in d.l.amplius per [illegible]
nem fundatam in d.l.mutianę, & in d.l.mulier. [illegible]
etiam aduerſatur d.l.pater filium in prin. & d.l. [illegible]
commiſſa. §.ſi rem. ff. dę leg.3. quia in terminis [illegible]
teſtator propter neceſſitatem ſoluendi debita hæ[illegible]
ditas prohibuiſſe videtur, quòd de bonis dotalibus [illegible]
ſet ſatisfaciendum, ſed tantum de bonis alijs [illegible]
ſtatoris, ergo eius voluntas ſeruanda fuit, quia [illegible]
ſtator, & erit lex. §.diſponat in auth. de nupt. cap. [illegible]
ma voluntas 13. quæſt.2. Et ex prædictis videtur [illegible]
tum quartum motiuum contrarium, quia aſſen[illegible]
lij hæredis, & neceſſitas ſoluendi æs alienum no[illegible]
cuſant vxore à caducitate vſusfructus, propter [illegible]
teſtatoris contrariam, qui prohibuit vxori do[illegible]
gere etiam pro ſatisfactione æris alieni hær[illegible]
vt latiùs dictũ fuit, quicquid in hoc dixerit [illegible]
C. de lega. vt ſupra. Item qa is loquitur, quando legatũ
alimentorum fuit vxori relictum duntaxat ſub con-
ditione reſolutiua, dicendo, lego vxori alimenta, do-
nec, ſeu quamdiu dotes ſuas nõ repetierit, quia no[illegible]
pedit legatũ ab initio acquiri, ſed poſt acquiſitionem
purè factã reſoluitur legatum in caſu, quo dotes [illegible]
rint petitæ: nos vero loquimur, quãdo legatum [illegible]
fructus factum fuit ſub conditione ſuſpenſiua [illegible]
ua, & etiam ſub cõditione reſolutiua, & cũ con[illegible]
ſuſpenſiua nõ fuerit adimpleta, nec purificata [illegible]
do quo potuit adimpleri, vſusfructus non fuit [illegible]
modo vxori acquiſitus, vt ſuprà declaratum fuit.

¶ Qui

¶ Quintò loco nõ ꝯdicit illud, quod voluit Bar. in d.
auth. hoc locum in vlt. col. qm̃, vt ibi fatetur Bar. do-
ctores maximæ auctoritatis ĩ articulo ibi ꝓpoſito val
de dubitarũt, & hinc inde variauerũt, & iõ † ĩ dubio fa
cienda eſt interpretatio, quæ fauet menti, & volũtati
teſtatoris, quæ ad vnguem ſeruãda eſt, ẽt ꝯ verborum
proprietatẽ. l. nõ aliter cum ſim. ff. de leg. 3. d. c. vltima
voluntas. 13. q. 2. Secũdo rñdeo, ꝙ licet deciſio Bar. in
terminis illius qõnis vera eſſet, tñ non repugnat ijs, q̃
diximus ſ. qa loquitur Bar. qñ legato vſusfructus, ſeu
alimentorum adiecta fuiſſet ſimplex conditio reſolu
tiua donec, ſeu quandiu non exiget dotes ſuas, nõ aũt
conditio ſuſpenſiua, ſm̃ quod dictum fuit. Tertio Bart.
loquitur, qñ fuit appoſita conditio, donec vxor
non exiget dotes, & ipſa non petit, nec exigit dotes,
ſed ſimpliciter ceſsit iura, & actiones alteri ſuper do-
tibus, ideo non dr̃ amiſiſſe legatũ, quia † aliud eſt actio
nes cedere, aliud eſt exigere. l. ſi debitor. ff. de verb. ſig.
l. ſi. l. ſoluit. §. q ꝯuenerit quib. mod. pig. vel hyp. ſol.
cedendo enim manent oẽs obligationes integræ, verba
autem illa, nõ exegerit dotes, cũ effectu ſunt intelligen
da. l. ſi quis hæc verba. ff. qđ quiſq; iur. ſed nõ reperit, ꝙ ver
bum exigere trahat ad ceſsionẽ, qm̃ exigere eſt ab in
uito extorquere. d. l. ſi debitor, & pereunt actiones exi
gendo. §. j. inſti. quib. mod. tol. obli. ſed cedendo rema
nent, vt l. ſi ubi no. C. de nouat. Præterea iungendo ea, q̃
voluit Bar. in d. l. amplius non peti cũ ijs, q̃ poſuit in d.
auth. hoc locũ in fi. verbis, apparet aliud eſſe, ſi fuerit
adiecta cõditio, ſi nõ repetierit vxor dotes, quas poſtea
etiã ſoluto matrimonio receperit; aliud, ſi fuerit appoſita cõ
ditio, ſi nõ exegerit dotes, quas vxor poſtea nõ petie-
rit, nec receperit, ſed ſimpliciter alteri actiones ſuper
dotibus ceſſerit. ¶ Nõ obſtat ẽt ſextũ motiuũ, de quo ſu-
pra, q pro alienãdo, & trãsferẽdo creditũ, qđ erat ſu
per dote, fecit ꝯ vtilitatẽ hr̃dis ſcripti, & ſubſtituto-
rum, quorum vtilitatẽ ꝯſiderauit teſtator, iubendo, ſeu cauẽ
do, ne quando deberet dos repeti, vt dixit Bar. in d. auth. hoc
locum in vlt. col. Præterea † qñ dos ꝯſiſtens in pecunia data
eſt marito, dr̃ eſſe in dñio viri, ipſo viuente, ac etiã ip
ſo mortuo, quãuis pro illa bona mariti ſint expreſſè,
vel tacitè obligata, & hypothecata, & ideò poſt ſolu
tum matrimoniũ dos dr̃ peti, ſeu repeti, vt in rub. ff. ſol.
matri. & ibi no. per Bar. & facit l. doce ancillam cũ ibi
no. C. de rei ven. & l. in rebus. C. de iur. doti. ¶ Vltimũ
motiuum parum facit, qm̃ teſtator apponendo cõdi-
tionem illã, ſi nõ repetierit dotes ſuas, id fecit, vt durãte
vſufructu filius, & ſubſtituti haberẽt vtilitatẽ dotis nõ
repetitæ, & nõ petitæ, cui vtilitati licet filius pro ſuo in-
tereſſe potuerit renũciare, nõ tñ ad præiudiciũ ſubſti
tutorum. Præterea etiã, ꝙ reſpectu ſubſtitutorum ex
repetitione dotiũ ipſi nõ dicerentur damnum pecunia-
rium ſuſtinere, tñ illa cõditio, ſi dotes nõ repetierit,
quæ de iure quoad intereſſe ſubſtitutorum adimpleri
nõ poterat, qa eorũ pecuniariter nõ intererat de facto
adimpleri debuit, vt voluntas teſtatoris ad vnguẽ ſer-
uaretur. Bar. in l. hæc ꝯditio. ff. de ꝯd. & demõ. d. l. mulier
ff. de ꝯd. inſt. Bal. in l. vnica in antepe. col. C. de his, quæ
pœnæ nom. l. qui hæredi. l. mæuius, & l. Iulianus. ff. de ꝯd.
& dem. Præterea nõ conſtat ipſam dñam Magdalenã
dictum creditũ exegiſſe, ſeu ab ea alienatũ fuiſſe gr̃a
ſatisfaciendi creditoribus hæreditarijs, qui fidẽ Alexã
dri teſtatoris in eius vita ſequuti fuiſſent, ergo ille cõ-
ſenſus, & voluntas dicti Petri Antonij prodeſſe nõ de-
bet, quia eum ꝯſenſũ ſuũ pręſtitit ſolũ in caſu, quo ipſa
domina dictũ creditũ alienaret, & erogaret in vtilita-
tem hæreditatis Alexãdri teſtatoris: ſed ꝙ in vtilitatẽ dictę
hæreditatis fuerit alienatũ, & ꝓ ſatisfaciendo creditori-
bus hæreditarijs, nõ apparet, niſi legitimè ꝓ parte ipſius
dominæ pbatũ fuerit: & cũ iſtud ſit fundamentũ, intẽ
tionis dictæ dominæ, probare debuit alienationẽ, ſeu
exactionẽ dicti crediti fuiſſe factã de voluntate Petri
Antonij hr̃dis, vt colligit̃ ex verbis Bal. in d. l. j. C. de le
ga. ergo, & c. Præterea cũ iſte ꝯſẽſus nõ fuerit ſimplex
ſed qualificatus, & ꝯdõnatus, vt ſ. nõ ſufficit ipſi dñæ
probare cõſenſum, niſi etiam probetur eius qualitas,
29 & ſuæ ꝯditionis adimplementũ: qa † vbi actus requiri
tur, & fieri debet cũ certa qualitate, nõ ſufficit actum
probare, niſi ẽt probet̃ qualitas. l. prætor. §. docere ff. vi
bo. rapt. l. fulcinius. §. 2. ff. ex quib. cauſ. in poſ. ea. & ibi
Bar. poſt gl. facit id, qđ dixit Pau. de Ca. in l. cogi. C. de
peti. hæ. l. ſi ꝑ aliũ §. docere vbi tex. no. & ibi Pau. ff. ne
quis cũ, q in ius, & faciũt no. per Alex in conſi. 224. 2.
vol. in j. col. Soz. in conſi. 57. in 3. vol. Bar. in conſi. 117.
accuſatio, & c. & Gaſpar Caldar. in conſi. 56. in exten-
30 ſis, quæ penes me exiſtunt. Item † qualitas reſtringit
ſubiectũ, cui adijcit̃ l. ea tñ. l. hoc legatum ff. de leg. 3.
c. cõperimus 14. q. 6. c. ſuſceptũ de reſcrip. in 6. c. quam-
uis, c. cui de pręb. ĩ 6. c. ſicut dignũ de homici. & l. aut
facta. ff. de pœn. Igit̃ dicta dña, quæ ſe fundat in licẽtia,
& ꝯſenſu filij hęredis, qui conſenſit cõditionaliter, &
qualificatiuè, vt ſuprà, debuit ꝓbare illius cõſenſum
cũ ſua qualitate, videlicet, ꝙ ipſa alienauerit pro ſatiſ-
faciendo creditoribus hęreditarijs, & pretiũ dicti cre
diti verè in vtilitatẽ hæreditatis Alexãdri teſtatoris cũ
effectu trãſtulerit, qm̃ verba cũ effectu ſunt accipiẽda.
31 d. l. ſi per alium. §. docere: † Et quis ſemper probare te
netur illud, qđ eſt fundamentũ ſuę intentionis, vt ele-
ganter declarat Bar. in l. in illa ff. de verb. obl. l. 2. cum
ibi no. ff. de ꝓb. & Soz. in l. j. circa prin. ff. de ꝯd. & dem.
¶ Rurſus concludendũ vr̃, poſito abſq; veritatis præ-
iudicio, quod etiã ꝯſtaret ipſam dominã de ꝯſenſu hę
redis, & ad vtilitatẽ hęreditatis dictũ creditũ exegiſſe,
& diſtribuiſſe, adhuc tñ diceret̃ excluſa ab vſufructu
ſibi relicto, vt fuit de mẽte Bar. & Alex. in d. l. amplius:
Et iſtud magis verificatur, ex quo ipſa dña Magdale-
na ꝯditionẽ ſuſpenſiuã legati vſusfructus negatiuã nõ
adimpleuit eo modo, quo de iure debuit adimpleri,
iuxta tex. in l. mutianæ in prin. & in §. j. ff. de ꝯd. dem. &
in d. l. mulier. ff. de ꝯd. inſti. cũ alijs latiùs ſ. deductis: &
hæc quoad primũ principale dubiũ ſufficiãt. ¶ Quo-
ad aliã difficultatẽ, Nunqd ipſa dña Magdalena ꝯue-
niẽdo, vt ſ. cẽſeatur priuata in totũ, vel pro parte vſuſ-
32 fructus, cũ tm̃ partẽ dotis exegerit, ſeu petierit, † Et at
tẽto, ꝙ vſusfructus dr̃ qd diuiuũ. l. j. §. ſi vſusfructus, &
ibi Bar. & Ale. ff. ad leg. fal. l. vſusfructus la 3. in prin. &
ibi Bar. ff. de vſufr. l. vſus pars. ff. de vſu, & habi. ac ẽt qa
ꝯditio dotis nõ repetendæ, qñ dos in pecunia ꝯſiſtit,
vr̃ diuidua, ex his videbat̃, ꝙ adimpleta pro parte face
ret legatũ pro parte deberi. l. pe. ff. de ꝯd. & dem. ¶ Sed,
prædictis non obſtãtibus, ꝯrium de iure veriùs vr̃ eſſe,
primò, quia illa cõditio, ſi non repetierit, fuit adiecta
vni tm̃, hoc eſt vxori, ergo in totũ adimpleri debuit,
nec ſufficit, ꝙ pro parte fuerit adimpleta, Bar. in l. cui
fundus. ff. de cõd. & dem. & no. in l. pe. C. de cõd. inſert.
Et præſertim in caſu noſtro, in quo fuit appoſita cõdi
tio negatiua, quæ in facto conſiſtit negatiuo, qm̃ etiã
ſi pro parte ꝯuentum fuerit tñ videtur in totũ ꝯuen-
tũ, nam repetẽdo etiã partem dotis, verum eſt ſimpli-
citer dotẽ repetitã fuiſſe, qa factũ negatiuũ in totũ de
bet adimpleri, alioquin dr̃ ꝯuentum. §. fi. inſt. de verb.
obli. Pręterea licet fortè rõne repetitionis dotis pro
parte dici nõ poſſet ꝯuentũ, niſi ꝑ parte, ad effectũ, vt
ſolum vſusfructus, qui iã fuiſſet acquiſitus, diceret̃ per
ditus pro parte tm̃, tñ ex quo vſusfructus nunquã põt
dici effectualiter, & realiter acqſitus ipſi do. Magdale
næ, cũ ꝯditio ſuſpẽſiua adiecta legato nõ fuerit ab ea
adimpleta, prout illã adimplere de iure potuit, mediã
te cautione mutiana, vel acceptilatione, ſequit̃, ꝙ in
totũ dr̃ priuata vſufructu, & ad reſtitutionẽ fructuũ ꝑ
ceptorum teneri debet, vt iam latius dictũ fuit. ¶ Nec

repugnat, ꝙ cautio à teſtatore fuerit remiſſa, ergo nõ debuit præſtari l. auia in fi. ff. de cõd. & dem. l. licet. ff. ſi legato. vel fideicõ. nom, & c. quia reſpondetur, ꝙ teſtator cautionẽ mutianã ſpecialiter nõ remiſit, ſed illã, quã vſufructuarius de vtendo arbitrio boni viri de iure preſtare tenet, iux. tex. in l. j. cũ materia, C. de vſufru. qa illa eſt penitus diuerſa ab iſta, quę mutiana vocat, quæ fuit inuẽta ad effectũ, vt ꝯditiones negatiuę poteſtatiuæ adimpleri poſsẽt, nã primã teſtator remittere non põt. d. l. j. cũ ibi no. aliã, hoc eſt mutianam, poteſt, vt in d. l. auia in fi. & in d. l. licet, & ꝑ Bar. in d. l. mutianę in fi. ¶ Circa vltimã difficultatẽ nõ inſiſto, quia ex dictis ſupra illi ſatiafactum vr̃, vt de fructibus ab ea perceptis viuẽte Petro Antonio filio, & hr̃de, cuius erãt, nullã teneatur reddere rõnem, quia cũ ipſa ſit hæres dicti Petri Antonij, oĩa iura illi competẽti, & quę cõpetere poterant ꝯ ipſam matrem ſuam, per aditionẽ hæreditas dñr confuſa, l. ſi debitori ff. de fideiuſſor. cũ ibi no. de fructibus verò ex bonis hr̃ditatis poſt mortem dicti Petri Antonij ab ipſã domina ꝑceptis, q̃ ad ſubſtitutos ꝑtinere dñr, ipſis ſubſtitutus reddere rõnẽ tenetur, qm̃ ipſa illos non fecit ſuos irreuocabiliter, ex quo legati ꝯditionem non adimpleuit, immo illi ꝯfecit, vt ex ſuperius dictis apparet, & arg. eorum, quę volunt ſcribentes in d. l. j. C. de vſufru. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum mulieri cum hoc, ꝙ honeſtè viuat, irreuocabiliter deficit, & ad illud actione perſonali ex teſtamento agi non poteſt, ſi mulier ſemel honeſtè viuere deſijt, quamuis poſtea ab inhoneſta vita deſiſteret.*

2 *Conditio, ſi honeſtè, & caſtè vixerit, deficit, cũ primũ qs ſemel ab honeſta vita deſiſtat, nec ꝓdeſt, ſi poſtea ab inhoneſta recederet.*

3 *Filias honeſtè, & pudicè viuere votum eſt parentum.*

4 *Conditio ſi vel donec honeſtè, & caſtè vixerit legato facto mulieri adiecta per cautionem mutianam adimpletur ante, quam ad legatum agi poſſit:*

Et à viro reſpectu mulieris prolata etiam ſecundas nuptias excludit, à patre verò reſpectu filiæ, vel à conſanguineis mulieris ſolum concubitum illicitum, & inhoneſtum.

5 *Conditio an importetur per hæc verba, cum hoc, ꝙ caſtè, & honeſtè viuat, adiecta legato facto à patre filiæ.*

6 *Conditio, & modus quando importetur per verba, quæ regulariter ſolent conditionem, vel modum facere.*

7 *Actione perſonali ex teſtamẽto contra ſingulares ſucceſſores ad legatum agi non poteſt.*

8 *Legatarius actione in rem, & hypothecaria agere nõ poteſt, quãdo legati conditio defecit, & ad quid hæc actio detur.*

9 *Ad legatum alimentorum, cibi, potus, & veſtimẽtorum ſola perſonalis actio ex teſtamento competit.*

10 *Interdictum quorum bonorum, & quorum legatorum quibus, & contra quos detur.*

11 *Modus eſt, & non conditio, quando etiam poſt emolumẽtum quæſitum aliquid eſt per honoratum explicandum.*

12 *Relictum habitationis domus, & alimenеorum factum à patre filiæ adhuc impuberi in caſu viduitatis cum hoc, ꝙ honeſtè viuat & dotes ſuas conferat, partim eſt conditionale, & partim modale, & quomodo.*

13 *Modale relictum peti, & obtineri non poteſt ante præſtitam cautionem eo modo, quo de implendo modum caueri debet.*

14 *Modus legatis adſcriptus pro conditione obſeruatur.*

15 *Modus totus, & non pro parte adimpleri debet ad conſequẽdum relictum à teſtarore factum.*

16 *Modus, & condictio relictis adſcripta quomodo æquiparentur.*

17 *Teſtes ſingulares quando plenè probant, & quando non.*

18 *Legatũ, aut dſpoſitio aliqua in teſtõ fieri non põt in præiudicium obligationis, & hypothecæ de re illa antea an ipſo factæ.*

19 *Citatur is, qui tpe iudicij ius in re habet, non autem qui ex aliquo futuro caſu ſperat poſſe habere, nec is, q cõſequentiã læderetur.*

20 *In ſententia contra hæredem inſtitutum ferenda legatarius ſubſtitutus, vel fideicommiſſarius citari non debet.*

21 *Et ſi ea ex facto defuncti teſtatoris illis in conſequentiam præiudicaret, debent à die notitiæ infra tempus appellare, alioquin poſtea contra eam non audirentur.*

22 *Si verò ex facto hęredis hi lęderentur, ſententia illi non præiudicaret, etiam ſi non appellarent.*

23 *Sententia contra hæredem valet, non citato legatario, vel citato, & minus legitimè comparente.*

24 *Minor, contra quem principaliter non agitur, ſatis defenditur, ſi ad defendendum illum coniuncta perſona comparuit, & legitimè hoc in caſu comparuiſſe dicitur ad validitatem, quando minor non erat citandus.*

25 *Coniuncta perſona dicitur legitima ad defendendum.*

26 *Nullitas ſententiæ non opponitur ab eo, qui nullũ in re ius habet.*

27 *Exceptio tua non intereſt, eſt legitima, & ante, & poſt litem conteſtatam opponitur.*

28 *Ius, & intereſſe tertij penitus extranei vt opponatur ad excludendum aduerſarium, in nullo admittitur.*

29 *Mandatum præſumitur ex diuturnitate temporis, & verbis ſimul in ſententia poſitis, viſis &c.*

30 *In antiquis ſtatur teſtibus de auditu, & de fama publica.*

31 *Reſtitutio non datur non læſo, nec poſt quadriennium à die ſuæ minoris ætatis.*

32 *Pœnæ adiectæ ſolutionis quãtitatis tãquã in fraudẽ vſurarũ adiectæ non ſunt exigibiles, ẽt ſi in eodẽ cõtractu eſſet adiecta pœna præſentationi pignorum; & quomodo hoc procedat nu. 33.*

34 *In contractu dotis pœna adiecta eſt exigibilis, & licitum eſt id, quod in alijs contractibus dicitur illicitum, & vſurarum.*

35 *Pœna ſaltem in foro contentioſo licitè exigitur.*

36 *Pœna in contractibus quando loco intereſſe cenſeatur adiecta, & debeatur: & quid illius adiectio proſit.*

37 *Pœna in contractu dotis adiecta reſtitutioni, aut ſolutioni, niſi facta interpellatione, peti, & exigi non poteſt.*

38 *Confeſſio facta contra ſententiã de illius iniquitate ab ijs, quorum fauorem lata fuit, an, & quando illius exequutionem, & tranſitum in rem iudicatam impediat, & confitenti noceat, ad finem conſilij.*

Confeſſio geminata multum operatur.

39 *In foro animæ ſola veritas & non præſumptio attenditur, in foro contentioſo præſumptioni iuris, & de iure ſtatur.*

40 *Confeſſio extra iudicium facta abſente parte ſemiplenam, & non plenam probationem facit.*

41 *Confeſſiones duæ extraiudiciales ad effectũ plenæ ꝓbationis iũgunt, qñ altera ex his per vnum teſtem duntaxat probatur.*

EPITOME.

LEGATO habitationis. & alimẽtorũ facto per patrem filiæ impuberi in caſu viduitatis cum hoc, ꝙ honeſtè viuat, & conferat fructus, & redditus ſuarum dotiũ, ſi filia, ea exiſtente vidua, vixit inhoneſtè, ad legatũ agere non poteſt, quamuis poſtea à vita inhoneſta deſiſteret: Idem eſt, niſi cautionem mutianam de prædictis omnibus implendis antea præſtet.

CONSILIVM XXX.

VISIS, ac ꝯſideratis verbis teſti. ſuppoſitis, & facto ꝓſupponũtur, arbitror, ꝯcludendũ eſſe, dictã do. Bartholomæã excludẽdã eſſe à petitione legati habitationis, & alimẽtorũ, cibi, & potus, veſtimentorũ, & calciamentorũ, ac aliorum, quæ ipſa pet t, ſumptibus, & expens hæreditatis olim ...
patris, prout in teſtõ paterno cõtinetur. Nam ipſi ... Bartholomęæ nulla actio cõpetit, qua poſſit agere, prout agit, ergo eſt excludenda, quia ſine actione nemo experitur. l. ſi pupilli. §. videamus cum ſim. ff. de negot. geſtis: Agit enim ad legatum habitationis domus, & alimentornm ſibi factum in caſu viduitatis, cum hoc, quòd honeſtè viuat, & conferat fructus